

**I NCIPIT QVODAM SVMMA BREVIS CON-
TRA HERESES & SECTAM DIABOLICE FRAV-
DIS SARACENORVM SIVE ISMAELLITAR**

IN PRIMUM PRIMIS

& maximus ipsorum extrandus
est error q. trinitatem in unitatem
deitatis negant: sicq.
dum in una diuinitatis essentia trinus
personarum numerum non credunt
in unitate numerum euitantes duz
ternarium numerum inq. omnium
formarum principium atq. finem: sicq.

rerum formarum causam & originem atq. terminum non
recipiunt deum licet ore confitentes ipsum penitus nesciunt.
Ipsi autem deusi: ipsi uariabiles principium uarietatis & al-
teritatis omnis uidelicet binariam solum in unitate confite-
ntur: s. ipsam diuinam essentiam & eius animam unde deum plu-
raliter loquentem intro ducit si noster Alchoram quo nomi-
ne legem suam nuncupant & interpretatur Alcoran ex
arabico collectio preceptorum. Illi autem ceci deum
creatorem patrem esse negant: quia secundum eos nullus
fit pater sine coitu. Christum itaque lz ex diuino spiritu
conceptum dei filium esse non credunt, nec etiam deum:
sed prophetam bonum: ueracissimum, omnis mendacii atque
peccati immunem, Mariae filium sine patre genitum, nunq.
mortuum: quia morte non est dignus: imo cum illum iudei in-
terficere uellent de manibus eorum elapsus ascendisse ad
astra: ibiq. nunc in carne uiuere in presentia creatoris usq.
ad aduentum ante christi: quem uidentem christus idem gla-
diu sue uirtutis interficiet, & iudeos: residuos ad legem sua
conuertet. Christianos autem qui iam a longo tempore

Deus est ex essentia
& anima

Christus diuino spiritu natus

Christus nunq. mortuus